

amplius, si obedientia, quam tibi similibus adhibes, coacta est: si tua voluntas cum illis proximi tui adeo parum consentiant; quandoquidem iovitus agere obtemperas Deo, & si quando, quod perarum est, obsequeris illi, adeo crebra, iugeque sunt tue inobedientia. Nonne teneris saltem aque illius imperata facere, ac ille tenebatur sese hominibus subicere, ut tibi esset exemplo? Sed quibus in rebus obedi Deus hic Maestatis? in omnibus; hoc paucis dicitur, sed multa significat; videlicet in infimis, abjectissimisque rebus, quae a parvulorum conditione separari non possunt: in qua nihil distat a servis. *Auctor recent.*

Æterna Sapientia longe aliam secuta est rationem ab ea, quae Mundi sapientia, & saeculi prudentia vocatur. Latuit sub pueri forma, & sub simplicitate ætatis illius propria cum minime posset aperitius suo nos exemplo docere, Christianam prudentiam omnino oppositam esse debere Mundi sapientia. Ut igitur conformemini sapientia Incarnati Verbi, ferte iudicium ex infantili statu, in quo voluit videri, quantum illi cordi sit simplicitas, & rectitudo, & quomodo Christianus, qui renasci debet, ut hoc gerat Nomen, abhorere debeat a dolis, atque versutis, quibus utitur Mundi prudentia, ut eo perveniat, quo spectat. Heu! Quae beator ignorantia, quam ignorare perendi viam! vel potius quae maior sapientia, quam abrenunciare luminibus ingenii subdoli, callidique quae non aliud sunt, nisi ignes nocturni, qui nos in præceptis adducunt! Quod repensare in Christianismo dicitur, non significat quidem carere ratione, luminibus, prudentia; sed ut explicat Princeps Apostolorum: *Rationabiles sine dolo*; hoc est, habere sensum rectum, rationem illustratam, & alia lumina ab illis cupiditatum nostrarum, quae funestæ sunt faces, quas carnis prudentia succendit in spiritibus, qui cæci quidem sunt, ut vera bona videant, oculatissimi vero, ut intueantur ea, que illos trahunt in interitum. *Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta; sermo de Salvatore infantia.*

Dei Filius in hoc statu, in quo videtur offundi caligo omnibus Sapientia suæ luminibus, abscondit etiam totam omnipotentiam suam, quæ exinanita quodammodo videtur sub infirmitate pueri, quæ semper exitit symbolum infirmitatis; quoniam nulla est creatura, cui natura minus roboris, virtutumque concesserit, ut seipsum teatur, quippe quæ non alia ei arma dederit nisi innocentiam, quæ misericordiam cære valeat in illis, qui eidem essent detrimentum allaturi. Cum ceteris animalibus largius contulerit media sese conservandi, vel industriam eludendi vim inimicorum suorum, quam, si minus statim, brevi saltem adquirent. Sed homo ut plurimum tandiu permanet in infantia sua, quandiu eorum pleraque vivunt: & hoc in statu adeo infirmus, & imbecillus est, & vi alienæ propulsandæ impar, nisi iugibus firmetur auxiliis, patet omnibus injuriis, & casibus vitæ hujus. Hic igitur infantia status, ad quem placuit redigi Deo propter amorem nostri, longissime abhorere videtur & a natura divina, & a persona Verbi; quia virtus, & potentia ea est quæ præ ceteris perfectionibus debet efficere, ut illum cognoscamus; ideoque in Scripturis passim *Deus omnipotens, Deus fortis* vocatur. *Idem.*

Humiliatio status, ad quem Dei Filius sese demisit, ut que ad cordis ejusdem sensum pervenit: neque enim testatus est se quidem ardentius concupiscere, quam delictescere; & sicut passionis suæ tempore saturatus fuit opprobriis, ut quidam loquitur Propheta; abscondit vitæ suæ tempore gustavit cum voluptate contemptum; eique suave visum est, nullo haberi in pretio, ab omnibus ignorari, & nihil agere, quod in se hominum ora, oculoque converteret. Hinc ille abjectissimus tantum actionibus vacat; mechanicam, ignobilemque artem aggreditur, tamquam ceteris impar; suspendit, ut ita dicam, omnia mentis suæ luminis, quæ citius perferere possent caliginem hanc, si se tradere voluissent cognoscendum. Sed ita latere voluit, ut disceremus coercere naturæ studium, quo omnes homines proferre quarunt præclaras dotes suas; illas vero potissimum ingenii, quibus acrius afficiuntur, & de quibus gloriantur. Ad id enim alii conantur scientiis inclarescere, tamquam mediis, quæ illos e plebe facile secerent possunt, & inter ceteros elucere; alii seferè publicè procurandæ devotent, nihil illis optatius est, quam ingenii laudem comparare ad impedimentum quælibet facillime expedienda celeritè; alii tandem fama occupantur extimiorum spirituum, qui in conversationibus niteant, & noriat aliquo lepore, ac sale omnia condire. Hac omnia ex ea proficiuntur superbia, quæ nobiscum ingenta est. Quem errorem Verbum Incarnatum nobis potuit unice auferre, & cupiditatis hujus vanitatem ostendere; ideoque æternum hoc Patris æterni Verbum, splendor gloriæ ejusdem, caro, & intus factum est, ut sub hoc humili statu absconderet lumina mentis suæ, omnes prerogativas, omnesque eximias qualitates, quæ illi parere possent infirmum nominis celebritatem, & omnium hominum admirationem ei conciliare. *Idem.*

Verbi sapientia delivit sub infanti libu-agen di rationibus.

In hoc infancie statu videtur Salvator abrenunciare potentia, & virtutibus suis.

Dei Filius latere cupiebat.

Quam fabulantes cogitationes, & præclara consilia latabantur tunc in divini illius hominis animo? quoniam amoris, & caritatis ardore cor illius æstuabat? quam sublimis erat illius contemplatio? preces quam ferventes? quam arcta adhesio cum Deo? En quibus rebus in abscondita illa vitæ vacabat! Actiones quidem, quæ latent, quia interne sunt, sed quæ passim coram Deo sunt pretiosiores illis, quæ magis nitent, & quæ majorem scientiam admirationem. Nam præterquamquod nisi aliis illi sustineantur, nullo tunc in pretio apud Deum, majori estiam cum facilitate exerceantur; gloria, quæ sequitur illas, & celebritas, quæ per easdem adquiritur, valida sunt ad nos impellendos argumenta, & illecebræ, quibus allicimur. Fiant cum nostra quidem voluptate, aliena vero admiratione; cum e contra secreta virtutis majori cum integritate adimplentur, cumque hominum oculos fallant, liquet, Dei tantum oculos ab easdem agentibus queri, ut Sanctus Hieronymus inquit: *Celata virtus solum Dei iudicium respicit. Idem.*

Admirabile incarnati Verbi consilium! Sed consilium universæ prudentiæ sæculi irreprehensibile! Etiam quomodonam ille, qui venit, ut cooperaretur saluti, & conversioni Mundi totius, ille, qui futurus erat Mundo lux, exemplum, & regula; quomodonam inquam, amplexus est vitæ latentis caliginem, professionem humilem, & abjectam, & quomodo ibi mortalibus omnibus incognitus lateret? Cur ignis caritatis æstantis, ardentique zeli coarctatur, & in loco adeo angusto suffocatur? Cur contra proprium ipsius placitum fax ista adeo cunctans, contentetur sub modio? Cur adeo rarum talentum humi infoditur, quod ab eodem cæciora nota perfringitur in parabola inutilis servi? Cur tandem non se producit in lucem Mundi, quandocumque venerat, ut illum doctrina sua erudiret, exemplis alliceret, illum Verbo divino excitaret, illum miraculis urgeret, ut in se crederet, ac demum laboribus ipse suis illum converteret? Cur, verbo, tempus hoc quod impendi poterat ad obeundum munus, & qualitatem, quam gereret Salvatoris Mundi, cur inquam, hoc tempus teritur actibus, ex quibus nulla percipitur utilitas? quandocumque nullo videmus vel conversos peccatores, vel populos illuminatos, vel alium quemlibet fructum ex hujus Messis adventu perceptum. Verum quot, & quantas veritates hoc silentium, & hæc Dei latentis abscondita vita nos docet? *Idem sermo de vita abscondita toto quarto peculiarium argumentorum.*

Quenam, amabo vos, erat occupatio Filii Dei longo illo vitæ latentis intervallo? Offerebat se Patri suo tamquam victimam pro salute nostra; honorabat illum humiliationibus, atque exinanitionibus suis, profundique submissionibus ad divinæ voluntatis arbitrium, & iugibus actibus præstantissimarum virtutum. Nihil quidem earum extrinsecus apparebat, sed non ideo minus acceptæ erant in oculis Dei, qui imas conilium latebras pervadit, & nos nonnisi inde dijudicat. Admirabilis lectio, quam æternum hoc Verbum hominibus tradit de eo modo, quo colendus est Deus his virtutibus, quarum unus ipse pretium pepererit Patri suo latendo, atque in semet continendo fulgorem divinarum perfectionem suarum, quantum peperisset illum extrinsecus effundendo? & postquam ne nobis persuadere, si novisset ille aliam rationem majorem procurandi gloriam æterno Patri, ipsum hanc non fuisse amplexurum? & si credidisset se aliter agendo majus illi accessurum honoris incrementum, ipsum Urbes, oppida, atque Provincias lustraturum fuisse, peccatores converterum, Gentibus Evangelii lucem allaturum, & mundum universum miraculis, atque prodigiis fuisse repleturum? Igitur aliter censuit; quia profus oppositam rationem secutus est. Inferendum est igitur ex hac agendi ratione, quæ toto calo nostris sensus, & consilia superat, curam propriæ perfectionis nostræ præferendam esse curæ perfectionis alienæ, & gloriam, quæ credit Deo ex vitæ hac secreta, & abscondita in oculis hominum, non esse minorem illa, quam eidem procuramus prædicantes ejus magna, divinaque perfectiones; & cum iusti illius, vel ex necessitate status, in quo nos ejus providentia constituit, ducemus vitam absconditam, & profus interiorerem, non in minorem illius gloriam cessuram, quam si præclarissima quæque consilia, & facta præstantissima aggredieremur. *Idem.*

Haud quidem sine Myfterio est, quod Dei Filius quæ tres dumtaxat annos prædicaturus erat, in privata obfcuraque vitæ silentio transegerit triginta, & in prædicatione, & conversatione mortalium decimam dumtaxat ejus temporis partem impendit; quam in solitudine insumpsit. Quo facto ostendit longe majus temporis spatium a nobis esse transmittendum in humilitatis exercitatione, quam in nostris exterioribus officiis, quæ proximum respiciunt, ne aliis seivis faciendis intenti, nosmet ipsos perdamus. *P. a. Pont. secunda parte meditationum de vita, meditatione de vita Salvatoris abscondita.*

Nobiles est. Filii Dei, in vita abscondita.

Mirum est. tam qui veniat, ut mundi salutem faceret, & voluerit tantum latere vitam docere.

Quam est occupatio. Filii Dei in vita abscondita.

Qui

Quin ad examen vocemus quoniam in sensu posset Salvator crescere sapientia, & gratia qui ex primo vitæ suæ momento omnes sapientia, scientiaque thesauros possideret, ut loquitur S. Paulus, & qui quatenus Deus-homo, infinita sanctitate sanctus erat; non vercor asserere, nos quocumque in statu sumus, & quocumque vitæ genus amplexi fuerimus, primam ac præcipuam curam nostram esse debere, ut singulis diebus non nihil progrediamur in via sanctitatis, singulam gratia, & de virtute in virtutem procedamus. Verum ubi cogito, quam pauci hanc curam ingrediantur, & quam sit hominum hæc in negligencia; quamvis hoc unum sit illud, quod in vita potro necessarium est; ita heu! tacitus mecum loquor, opus est, ut in scientiis nova semper invenire gloriemur, ut in artibus extremam operi imperfecto manum admoveat admittam; omnibusque in operibus, ubi prima ceperunt, & sententia, non acquiescamus, nisi nosmet sepeferat posterioribus contentandus; in ceteris denique immensa foreamus desideria, & ambitionem, quæ nullum sibi finem præscribit, & inexplebilem crescendi, & alius nosmet atrollendæ cupiditatem; ubi vero de virtute agitur, & de sanctitate, modico sinu contenti, cum oboculis habeamus insens adeo stadium nostræ perfectioni positum; exemplum Salvatoris, qui crescebat sapientia, & gratia, prout proficiebat ætate; quam suæ; & ea in Religione, quæ nobis tot, tantaque suppeditat adminicula majoris in dies sanctitatis acquirenda; nonne hoc est negligere illud unicum negotium pro quo unice vitam agimus? *Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta.*

Amor solitudinis, atque silentii dux vitæ virtutes, quoniam Dei Filius nobis in abscondita vita præbet exemplum. Duplex solitudinis genus est, alterum cordis, quod exerceri potest inter conversationes, & mundi negotia per sanctam mentis collectionem, quæ efficit, ut nihil eorum, quæ extra nos sunt, nos afficiat; alterum genus est corporis, quæ nos reipia fecerit a conversatione, & adspicere mortalium, cujus tamen modicus effectus est, si ab altera sejungatur. Namque ut vetus quidam auctor aiebat, quæ extra nos sunt, nos afficiat; alterum genus est corporis, quæ nos reipia fecerit a conversatione, & adspicere mortalium, cujus tamen modicus effectus est, si ab altera sejungatur. Namque ut vetus quidam auctor aiebat, quid præbet solitudinis silentium, si afficitur fratri? *(Sanc. Epist. 6.)* Utramque Salvator exercuit, ut illis in nobis desiderium accenderet. Videte illum in Nazareth, ubi privatam ducit vitam; vico uno contentus, domo male facta, abjecta munere, quas operari non poterat conversio-

nes per Verbi sui eloquentiam? Nihilominus tacet, ut nos silentium amare doceat, & non inde emergere, nisi cum Dei gloria id postulat, vel proximi salus, vel alia quavis necessitas inde nos evocet. Placeat tibi solum permanere tecum, ac intra cordis tui penetralia temet recipere; ne timeas te ibi temporis detrimentum facturum esse, neque ibi talenta tua effosurum. JESUS nullum perdidit fructum laborum suorum, quem ibi relaturum proposuerat, quamvis ad triginta annos usque ætatis annum in solitudine deliruerit. *P. Novet in vita abscondita JESU; parte I. Hominiis Oratio.*

Sæculi sapientia, quæ omnia regit, & de omnibus judicat secundum placita sua, audebit fortassis asserere, JESUM CHRISTUM aliquid fecisse non satis dignum sapientia, & magnitudine Majestatis hominis Dei; quoniam sese ad infantia statum redegit, & actiones edidit ætatis illius imbecillitati conformes: eodem ferme pacto quo si quis ætate provechior ad crepundia revertetur, & incubabula; si balbutiret, cum posset verbum firmiter profere, suasque sententias expromere; si sese ad pueriles nugas demitteret, ac in omni vitæ ratione nihil nisi puerile saperet, non alio opus esset argumento ad probandum, virum hunc de mentis sanitate defectum esse, & anticriam esse mittendum. Idcirco S. Paulus, qui suavor nobis est, ut pueri efficiamur, non aliud contendit, nisi ut revertamur ad simplicitatem, innocentiam, & parvitatem, quæ facile celum ingredi potest. Quomodo ergo fieri potest ut ille, qui nos docuit se natum esse, antequam Abraham fieret, quamvis Sacer Textus fateatur, ipsum ex Sancti illius Patriarchæ semine originem duxisse; quidam inquam fieri potest, ut adeo vetus persona, quæ videtur Mundi primordia, & quæ est ante omnia sæcula, redigere velit se ad eum statum, in quo omni prudentia carere videatur? Sed quam cæca est sæculi prudentia, ubi Dei secreta consilia scrutari velit! Ne revocemus ad trutinam rationes omnes, propter quas id agere voluit æterna Sapientia; ut respondeamus temerariis hinc Mundi sapientibus, dicere satis est, eandem rationem, propter quam æternum Verbum natum est de Virgine desponsata viro, ut dæmoni absconderet Incarnationis Myfterium, apposuisse tamquam velum aliquod Magnitudini, & Majestati personæ ipsius, infirmitates, & infantia parvitatem, ne Sathanas subodorari posset in JESU esse Dei Filium, quod sane sensit ille, si hic aliter fuisset operatus. *Auctor anonymus.*

Verbum æternum nihil operatum est contra sapientiam suam religiosè se ad statum infantia.

TRANSFIGURATIONIS MYSTERIUM. MONITUM.

Perique Concionatores qui de suggestu verba faciunt de Transfigurationis Myfterio, alii quidem ad morale argumentum confugiunt, alii agunt de Paradisi gloria, cujus hoc Myfterium vere imago est, & figura, nonnulli inherere qualitati legislatoris, legique novæ ad quam evolvendam Filius Dei venit, occasionem arripientes a voce calitus demisso: Ipsum audite; alii Sancti Petri Verbis immorantur, quæ in esstis protulit: Nonum est nos hic esse, ut latius de gaudiis disserant, quæ sustant anime Sanctæ in Dei servitute; & alii tandem ad alia dilabuntur argumenta, quæ aliquam habere possunt similitudinem cum iis, quæ in glorioso hoc Myfterio acciderunt. Verum cum mens nobis sit de hoc ipso Myfterio funditus agendi, ad unum, eundemque finem referemus omnes circumstantias quæ illud concomitantur, ut naturales inde conclusiones eliciamus, quin ex aliis Myfteriis mutuemus, unde repleamus sermones, qui de hoc argumento possunt institui. Nam etiam hæc Transfiguratio sit actio satis simplex, & de qua non adeo multa dici posse videantur; tamen rationes, propter quas Salvator hoc in statu suis apparuit Discipulis adeo jucundi spectaculi testibus, & aliæ circumstantia, quæ ibi diligentissime comotantur, locum præbent pluribus Christianis animadversionibus, & documentis ad salutem necessariis.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus argumenti Structura.

EX omnibus Myfteriis, quæ respiciunt Salvatorém passibilem, atque mortalem, hoc illud est, quod illi quidem majorem attulit gloriam, nobis autem consolationem, & quod aptissimum est ad excitandos mortales omnes ad illum sequendum, & mortem propter amorem ejus subeundam. Perfecto Incarnati hujus Verbi humiliationes effecerat; ut ne ab illis quidem dignosceretur, pro quibus illa subire voluerat: Crux, & Passiones ejus Judæis quidem scandalum, Gentibus vero aulectia, quemadmodum testatur S. Paulus, vitæ fuerant; & tandem legis ejusdem rigor, quæ hominum Audiis adversabatur, quin illis conciliaret sectatores, eos potius absterbat. Hæc tria illa sunt, quæ hominibus scandalum pepererit; per hæc illius humiliatio, passiones crucis, & se veritus legis: Sed in Transfiguratione suæ hæc aufer omnia scandalum argumenta, in quæ incidissent homines par-

tim per ignorantiam, partim per superbiam. 1. Attollet humiliationes suas per gloriæ emanationem, quam ejus effudit divinitas super sanctam ipsius humanitatem, & Dei Filius ab Æterno Patre declaratur. 2. Tanta in luce loquitur de passione sua, & excessu, quem completurus erat in Jerusalem, ut in antecessum indigetaret gloriam, & beatitudinem, quæ illius erat merces futura. 3. Denique voce calitus demissa declarat supremis hominum Legislator, ne quis dubitet credere, & amplecti legem, quam ipsis nuntiavit. *Ipsius audite.* Hæc est sermonis hujus partitio.

Pars prima. Salvatoris Transfiguratio attollit humiliationes ejus, quæ prohibuerunt, ne a Judæis pro Messia, & ab Ethnicis pro Deo haberetur. Illi præstolabantur Regem, & Ducem, qui illos erueret de servitute, & qui ipsis hostes eorum subjiceret: Ethnici vero, qui hominum plausus, & gloriam aucupabantur, humiliationes ejus horrebant. Dei Filius illis hoc scandalum ablaturus hoc in Myfterio voluit ostendere Apollolis, quid esset, aliquem illis divinitatis suæ radium ostendens, ubi per hypotipogram.

fm defcribi potest. 1. Modus, quo perfecta fuit Transfiguratio; videlicet permittendo, ut parvulus gloriae radius, quo beatissima illius anima perficatur, in illius faciem transiret, eamque sole fulgidioris efficeret &c. 2. Latus insitum potest sermo de Patris Aeterni testimonio, qui illum dilectum sibi Filium declaravit sensibili voce de Calv delapsa, testimonio quod procul dubio splendidum erat divinitatis eius argumentum. 3. Stupor Apostolorum, praecipue vero S. Petri, qui tanta percussus maiestate extra se in eadem stupor & sui minime compos non aliam optabat mercedem, neque altam beatitudinem, quam aeternum hoc spectaculo perire. Hinc plures eximia elici possunt conclusiones, quae deinceps occurrunt; quarum praecipua esse debet, quantum cetera Mysteria, puta, Incarnatio, Nativitas, Circumcisio, vita abscondita &c. Salvatorem humiliare; tantum illum exaltatum fuisse in Apostolorum conceptu a Transfiguratione per huiusmodi magnificam gloriam, ut loquitur S. Petrus.

Pars altera. Secundum illud quod labentibus annis magis lacessere, & mentes hominum avertere debebat tamquam id quod in Christiana Religione maxime mirum, & impenetrabile debebat videri, fuit crux, & mors huius hominis Dei: *Judaei scandalum, Genibus suis; (1. ad Cor. 1.)* ubi Apostolus scandalum vocat, scandalum obiectum. Et autem pro Deo haberetur crucifixus, & lenirentur poenae, & cruce in eisdem famulata perferenda, antequam declararet Apostolus se in cruce moriturum, ac subitum tormentum, quorum pars esset crudelitas, atque turpitudine; 1. in Transfiguratione sua illis aperuit exitum gloriae suae radium, qui futurus erat praemium laborum suorum, ut illi inde arguerent, quam gloria essent aliquando perfruturi. 2. Eorum coram robore voluit, & occupare mentes eorum contra scandalum, quod illis mors sua erat illatura, quemadmodum illis palam professus est pridie, quomodo pariter: *Omnes vos scandalum patimini in ista nocte. (Matth. 26.)* 3. Per hoc illos docere voluit gloriae possessionem non nisi per passionem adiri posse: ideoque hac de re cum Moyse, & Elia colloquebatur: *Dicebant enim excessum eius, quem compleverat erat in Jerusalem. (Luc. 9.)*

Pars tertia. Tertium superest, ex quo mortales non minorem scandali occasione arripiunt, quam ex humiliationibus, & passionibus JESU; & est Lex, quam in terris irrogavit, constituitque. Lex nova, quae veteres caeremonias alter abrogavit; lex sancta, quae omnes homines ad altissimum perfectionis apicem erat perducenda, omnia succidens vitia, & docens virtutes Philosophorum omnium disciplinae absconditas. Ad auferendum igitur extremum hoc scandalum, quod homines accipere poterant, & quod plerumque re ipsa acceptum; in hoc glorioso Transfigurationis spectaculo audita est de celo demissa vox, qua lex ista probata fuit, & declaratum est, latorem illius esse Dominum, & supremum mortaliu Legislatorem. *Ipsam audite.* Ubi ostendi potest. 1. Scandalum, quod inde homines compleverunt, adhuc vigere; quia Christiani adhuc impaue hanc legem infringunt. 2. Legem hanc sanctam esse, & sanctificantem, quia sola ratio adquirenda sanctitatis, & accedendi in partem gloriae, cuius radium in Transfiguratione sua nobis Salvator ostendit, est ad unguem legis huius praecipua servare. 3. Quantumvis severa sit ista lex, unctioe gratiae mulctae, ac miscere auxiliis, quae Deus praestat ex corde amplectentibus illam; ac tandem fidelitatem in eadem servanda adhibitam, in hac ipsa vita caelestis consolatione, & interiori gaudio rependi, quod est veluti honorum patrimonium.

II. Pro Sermonis partitione tria haec puncta possunt desumi. 1. Rationes propter quas Salvator voluit transfigurari. Has jam explicavimus, & iussum in quinto, sextoque Paragrapho explanabuntur.

2. Modus, quo transfiguratus est, de quo deinceps uberius loquemur.

3. Quomodo juxta exemplum illius nosmet transfigurare debemus, & quid ideo nobis faciendum sit. Triplex verbo rationes, modus, & fructus ex hoc Myfterio percipiendus. *At hinc argumentum hoc egregie pertrahit in sermone pro Sabbato post primam Quadragesimae Dominicae.*

III. Rationes, quas auctores Patres ostentari quam maxime decuisse, ut Salvator per transfigurationem ostenderet radium gloriae suae in Thabor ex triplici capite desumuntur; videlicet ab ipso JESU CHRISTO, ab Apostolis, & ab omnibus hominibus.

Primum vult JESUS CHRISTUS per gloriam, qua circum undique fulget, & lumen quo redimitus apparet, probare suam divinitatem sub nostra mortalitate latentem, & rationes quas adfert, in dubium revocari non possunt. Secundo loco nobis innuere vult, si ille mortalis apparet, ac in statu humilitatis, id fieri, quia vult, & iugi miraculo prohibet, ne beatissima anima suae gloria extrinsecus nitatur. Tandem indicare vult, quamvis futura sit Majestas ipsius, cum in splendidibus supremae potentiae suae veniet ad homines omnes judicandos; quandoquidem cum adhuc mortalis esset tanta gloriae suae luce percussus fulgebatur.

Secundo rationes, quae ad Apostolos pertinent, desumuntur. 1. Ex eo quod Dei Filius vult illos in hoc Myfterio consolari, eosque confirmare postquam plures colloctus fuerat cum eis de doloribus, & ignominia passionis suae, ex qua nonnulli scandalum occasione acciperent, cum sibi persuadere non possent futurum, ut Magister & Dominus ad factum hunc redigeretur. 2. Ex eo, quod cum saepius illos admonuisset de perfectionibus, ab illis pro ipse causa, & eisdem occasione ferendis, zequam erat, ut illos roboraret, & illis immitteret sublimem conceptum remunerationis, quam per haec perfectiones erant promerituri. 3. Aequissimum erat, ut gloria Thabor illis animos, ac fortitudinem ingereret mortem subeundi pro illo, qui vitam suam pro illis effusus erat in Calvario.

Tertio. Se etiam ad omnium hominum utilitatem transfiguratur, ut doceat 1. eos, quibus animus est, ac virtus ad virtutem exercendam, vel prosequi amore sustinendum, solidas voluptates, & consolationes gustare: *Beatum est vos hic esse.* 2. Nos confirmet in spe bonum alterius vitae propens nobis in persona capitis nostri gloriae coruscantis, quamvis futura sint membra secundum spiritum eius vivencia. *Ex Pare Texter in Myfterio Transfigurationis.*

IV. In glorioso hoc Transfigurationis Myfterio Salvator dedit apertissima fidei divinitatis argumenta videlicet per gloriam, qua ex beatissima eius anima emanabat in corpus, & qua postquam per miraculum fuerat suspensa, ostendebat se ab ipso fonte diffundere propter suam unionem cum divinitate. Mox per supremam, quam sibi ostendit potentiam evocans Moysen de tumulo, eique vitam restituens, ut fieret oculus gloriae huius telis; & Eliam arcescens de loco, quo fuerat translatus, eundem ob finem. Tertio loco praehens hoc pacto secundum communem Sanctorum Patrum sensum, speciem lucis, & Majestatis, qua venturus est post finem saeculorum, quatenus homo-Deus, & supremus Iudex omnium mortalium.

2. Hoc eodem in Myfterio preclarissima recipit suae divinitatis testimonia; primum quidem a Patre, qui illum faceret dilectum sibi Filium non adoptione, quidem, sed natura; ideoque sibi aequalem in omnibus: secundo a Moyse, & Elia, qui sua praesentia declarant, legem veterem, quam alter quidem Dei nomine irrogavit, alter vero propugnavit, suaque confirmavit auctoritate, & fatetur JESUM CHRISTUM summum novae Legis Auctorem, & Messiam toties per Prophetas promissum. Tertio addi potest illum in Apostolorum persona recipere confessionem, ac testimonium hominum omnium, qui eorum operibus illam legem, ac doctrinam recipient, eumque pro Deo suo, atque Salvatore adorabunt.

V. Haberi potest Transfiguratio tamquam Myfterium, & lectio, quam nobis tradit Dei Filius, & ex duplici hac re duo fieri puncta Sermonis.

1. Myfterium est, quod revelat, atque alia Religionis nostrae Mytheria confirmat: sicut praecipua, Trinitatem, Incarnationem, Redemptionem hominum, mortem, & resurrectionem Filii Dei, & beatam aeternitatem; quod facile probare est per verba, & circumstantias ab Evangelistis allatas, qui hoc nobis Myfterium exhibuere.

2. Lectio est, quam Dei Filius suo nobis proponit exemplo; quo pacto nosmet transfigurare debeamus per orationem; quomodo nostrae praerogativae, talenta, gloria nostra non nisi ad proximi edificationem nobis sunt manifestanda; & tandem, gaudia, magnalia, omnemque Mundi gloriam fluxa esse, nec diu permanantia, &c.

Pro Sermonis de hoc Myfterio argumento ad examen revocari possunt causae, quae Filium Dei impulerunt, ut se Apostolis suis gloria redimitum, & luce coruscantem ostenderet.

1. Primum ejusdem consilium fuit ostendere illis radium huius gloriae, quam sub mortali corporis sui integumento celabat, & illius, quam in regno suo preparabat illis, qui sese ipsius cultui deberent. Latus sermo potest insitit de magnitudine huius gloriae, cuius radium exiguis ita allicere potuit Principem Apostolorum, ut vellet aeternum sibi suam in Thabor mansionem collocare; neque aliam laborum suorum mercedem cuperet, quam suavissimo hoc spectaculo perfrui.

2. Salvator illis crucis amorem studebat ingerere, & eosque docere, Deum in hac quoque vita sanctis, licet obiter, & veluti per transennam gustandas praebere alterius vitae delicias, & gaudia. Quod non ablutit ab eo, quod Sancti Doctores saepius animadvertunt, vitam Discipulorum Salvatoris vere crucem esse, sed crucem, quam caelestes consolationes, & spirituales deliciae suavem, & jucundam efficiunt.

3. Tertium ejus consilium fuit, confirmare Apostolos in fide, ac spe aeternae felicitatis, quam sepe illis pollicitus fuerat, ne labores, & perfectiones ab illis sustinenda eos detererent.

Hoc in Myfterio fides nostra nascitur quodammodo evidentiam, spes nostra certitudinem, & nostra erga Deum caritas suam perfectionem.

1. Fides nascitur tibi evidentiam, quatenus fidei patitur natura; quia haec nunquam carere potest aliqua caligine, five confideremus obiectum fidei, videlicet ea, quae videmus in Thabor, five spectemus modum, quo nobis apparent, qui omnino sensibilis est, fit enim per auditum, & visum.

2. Si fides hoc in Myfterio magnam invenit evidentiam; spes mihi videtur non minorem invenire certitudinem; quippe in glorioso hoc facto spei nostrae obiecta nascitur. Resurrectionem mortuorum in Moyse & mortuis excitato; gloriam essentialem, atque accidentalem in JESU CHRISTO luce insolita coruscante; illius regnum, & hereditatem filii Dei promissam: quoniam adoptio nostra verbis illis innuitur: *Hic est meus dilectus.* Denique in Moyse, & Elia Sanctorum Societatem videmus. En quid speremus; & Dei Filius, qui nobis tanta haec bona promittit, nobis pignora praebet & arrhas in Transfiguratione sua, rem ita futuram, qualem ostendit.

3. Nostra erga Deum caritas admirabile inde recipit incrementum; quod Pater aeternus nobis ostendit ibi omnes Filii sui perfectiones, & Filius filii amoris excessum erga nos, de quo cum Moyse, & Elia colloquitur. *Hac est participatio Patris Dilectorem.*

VIII.

Satis non erat, Salvatore Deum simul, & hominem esse; debebat praeterea certa nobis indicia praebere, ex quibus ipseus divinitatem, atque humanitatem possemus cognoscere. Itaque postquam vidimus illum quatenus hominem ferre omnia famis, aliarumque miseriae incommoda, quibus homo est obnoxius, opera pretium erat, ut mox apparetur cum luce, & Majestate Dei; quod adimpletum est in Transfigurationis Myfterio, de quo tres animadvertiones, vel potius quaestiones habere possumus, ex quibus elici possunt conclusiones, quae totidem sunt veluti Ethicae Christianae principia.

Prima est, cur Salvator, qui Deus simul erat, & homo toto mortali vita suae curriculo, nunquam ea in luce visus fuerit, quam ostendit in sua Transfiguratione? Et ratio est secundum S. Pauli (1. ad Cor. 2.) sententiam, quia Judaei si illum Dominum, & Regem gloriae cognovissent, nunquam cum cruci suffuxissent. Salvator igitur miraculum operatur, ut divinitatis suae fulgori offundat caliginem. Hinc percipienda nobis est necessitas, in qua sumus, quatenus Christiani. 1. celandi ea, quibus praesertim inclarescimus. 2. non erubescendi passionibus, & contumelias.

Altera est, cur in ipsa Transfiguratione cum Moyse, & Elia de Passione sua colloquatur.

Tertia denique cur S. Petrus redarguatur eo quod voluerit permanere in Thabor, videlicet in loco Transfigurationis. Circa quas patet aditus pluribus animadvertionibus, quae copiam suppeditare possunt satis prolixo sermone. *Hoc est partitio Abbatis de Mounerel in sermone huius argumenti.*

IX. Dei Filius ostendit in hoc Myfterio 1. finem, propter quem creati sumus, ostentans Apostolis suis radium ejus gloriae, quae nobis in calce preparata est in praemium laborum nostrorum.

2. Viam, qua ad hanc gloriam pervenitur, videlicet passionibus; quandoquidem cum Moyse, & Elia colloquitur de iis, quae sibi Ierosolym subeunda erant, ut ipse etiam sibi gloriam compararet.

3. Ostendit, cui debemus hoc bonum, quandoquidem ipse illud nobis promeruit.

X. 1. Idem Filius Dei nobis ostendere voluit, quanti flet gloria, & quo pretio nobis fit comparanda; nam eodem tempore quo gloriosus in sua Transfiguratione coruscavit, loquitur de passionibus quasi doctorem gloriam hoc tantum pretio comparari.

2. Pretium hoc, quo emenda est, quanto minus sit ea re, quam nobis pollicitus est, gloria videlicet, secundum illud Apostoli: *Non sunt condigna passiones ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. (ad Rom. 8.)*

XI. Dei Filius, qui est Praedestinatum prototypus hoc in Myfterio nobis ostendit, nos antequam illi similes sumus in gloria, nos eadem in passionibus similes esse debere. Qualitates Legislatoris, Redemptoris, Glorificatoris tres sunt tui, qui quae Prophetae, Evangelium, & Ecclesia in Filio Dei recognoscunt, sed qui nobis in Transfigurationis Myfterio declarantur, confirmantur, probantur.

XII. 1. Qualitas Legislatoris illi in hoc Myfterio tribuitur, & his verbis exprimitur: *Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. (Matth. 17.)* Quibus verbis confert illi auctoritatem, & potestatem tradendi doctrinam prorsus caelestem, nonvalque leges irrogandi: Unde sequitur illi obtemperandum esse; namque per hoc constituit illum Doctorem, atque Magistrum omnium gentium, Legislatorem, & Judicem ad puniendum, & remunerandum. Quod de illo Isaias Propheta pertendit: *Dominus Legifer noster, Domus Rex noster. (Isaia 33.)* Ad cuius dignitatis munia obeunda possidet scientiam, atque sapientiam tali in gradu, ut eum nihil ignorare permittat. Sed illi obtemperandum est, quatenus tali

Leges illius ab erroribus immunes sunt, & ab injustitia; ejuque consilia sunt cum eminenti sanctitate conjuncta.

2. In hoc eodem Myfterio declaratur hominum Redemptor, quoniam in ipso cum Moyse, & Elia colloquitur, sermo fuit de mediis ab ipso suscipiendis ad redimendos illos; videlicet de passionibus, & morte ipsius. *Loquebatur de excessu quem compleverat erat in Jerusalem. (Matth. 17.)*

3. Ipse etiam in eodem Myfterio se nostrum probat Glorificatorem per lucem, atque fulgorem, quem emanare sinit ab anima in faciem suam, tamquam speciem aliquod gloriae, quam preparat, atque promittit illis, qui fideliter leges suas observaverint, & secuti fuerint exempla &c.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fonnes, unde hauriri possit copia ad exornandas propositas Sermonum structuras, & Auctores, qui hoc argumentum pertrahant.

SANCTUS CHRYSOSTOMUS in caput 17. Matthaei loquitur de Transfigurationis Myfterio; omnes illius exitus circumstantias, & praclaras habet animadvertiones.

S. Basilus Seleuciensis orationem habet, qua ex draquegemam, in qua postquam praetulit lucem, qua ex facta, & vultibus Salvatoris emanabat, splendoribus solis, susus verba facit de essai S. Petri, & de Majestate cum qua Dei Filius extremi iudicii die apparet.

S. Ephrem tomo 3. prolixam habet, & praclaram huius argumenti Orationem.

S. Joannes Damascenus susus loquitur de hoc Myfterio, in oratione ad id potissimum elaborata.

S. Leo sermone de Transfiguratione, ex quo Ecclesia deprompsit lectiones Officii festo hoc, & Dominica secunda quadragesimae recitandas.

Venerabilis Beda tomo 7. habet homiliam, in qua recenset causas huius Transfigurationis, & ostendit quid intelligendum sit per fulgentia Salvatoris indumenta, & Moysem, & Eliam, qui illius testes fuerunt &c.

Sanctus Bernardus sermone 4. de Ascensione, de Transfiguratione per transennam, & data occasione verba facit.

S. Bonaventura sermone 4. Dominice 2. Quadragesimae, ubi post alatas huius manifestationis Divinae gloriae causas mystice Myfterium hoc interpretatur.

S. Innocentius Papa III. sermone in Evangelium proponit, & solvit plures quaestiones de hac Salvatoris Transfiguratione.

Petrus Tyrreus de Christi gloriosis apparitionibus, Petrus Blefensis tractatum habet, ubi de hoc Myfterio verba facit.

A Ponte parte Meditationum de fide tertia, meditat. 21. ubi proponit sex, totidem punctis consideranda.

P. Novet Meditat. pro feria v. post Dominicam xxiii. post Pentecosten; ubi ostendit JESUM CHRISTUM in sua Transfigurationis gloria de passionis suae excessu loquentem.

Idem in Meditat. ii. Dominice in Quadragesima funditus hoc Myfterium pertrahat.

P. Nepveu tomo 3. Christianorum Considerationum sermonem habet de Transfigurationis Myfterio.

Quicumque meditationes elucubravit sunt in dies anni festus, & dominicas, hoc Myfterium non praetermissum. De hoc sermo etiam egerunt Theologi, & Biliarum Interpretes; en illos, quibus Concionatores potissimum uti possunt.

S. Thomas parte 3. quaest. 45. Alexander Aletis in summa Theologiae part. 3. quaest. 1. Suarez Tomo de Mytheriis quaest. 45. ubi pluribus articulis tractat ea, quae ad hoc pertinent Myfterium. Salmeron Tomo 6. tract. 33. & sequ.

Sylveira. Tomo 4. Comment. in Evangelium. Barradius lib. 12. cap. 28.

Cornelius a Lapide Comment. in Matth. c. 17. Molinier sermone pro ii. Quadragesimae Dominicae.

P. Delingendes sermone pro eadem die, P. Texter sermonibus de Mytheriis vitae Domini nostri. Sermone 6.

P. Duneau sermone pro Mytherio Transfigurationis. Auctor sermone in omnia Ethicae Christianae argumenta, in Tomo de Mytheriis.

Promerentes unum habet in hanc festivitatem. Maimbourg in primo Tomo Quadragesimae.

P. Faber concione 3. in Dominicae secunda. Quadragesimae.

PARAGRAPHUS III.

Loc, Figura, exempla, & Biblica applicationes ad hoc argumentum.

Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalm. 103. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator. Isaia 35. Ego qui loquebar, ecce adsum. Isaia 52.

Sancti Patres.

Auctores huius.

Concionatores huius.

